Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

omni armonia dulcius omni uoce
prestancius pereuncium carmen fuit. Fere
nos pueri fabulare in morte superstiti cum uel matri solucionem ulti
mam uel deo gracias referrent.
Optauit incredibilis presapiens muli
er magis breuem orbitatem quam
eternam iudicii penam subire cum
filiorum animas maluit cruciare quam
corpora. Sciens nichil infirmius labe
membrorum. Que et si passio desit.
sepe intestinus dolor affligit. enecat
febres. copia sanguinis premit. a
nimius cursus eius corpus euiscere
rat. Illud uero quis habeat igno
tum. nauigancium naufragium. iter
agencium lapsus. deuolutosque sen
sores subita morte consumptos. et
sepe intra parietes securos incen
dia repentina latronum insidias.
et mille alias pereundi uias. Cum ergo
tot occasionibus humanum ad mortem
pectus agitetur. quis non oportet intuitum
cum salute in quo temporalia a
mittuntur et eterna retinentur. O sapi
entissima feminarum amantissima
gentis et legis. in hac noe arche si
millima in mediis fluctibus et procellis
inuiolata permansisti. Ut illa enim
diluuiis et celestis aque impetum
tulit. et compagine tabularum firma
ta inclusum nichil se quod acceperat
non amisit. ita tu quoque sanctum spiritum
quem deo ministrante acceperas inter
mediis pectoribus custoditum uincti ab ho
stibus non passa es. Ecce quam utilis
cogitacio esse potest. que non inferio
res uiris feminas facit. Nec enim
tantum sanctus daniel uisis leonibus for
midauit. nec caminus tribus pueris
iugi igne succensus. tantum arsuris
dolorem incussit. quantum hec femina
in singulis passa pereuntibus antequam
ad sui corporis penam ueniret ex
cepit. Quid faceret alia mulier
et mater non tristia lamenta flebilis
processisset. ululatus gemitusque misce
ret. se infelicem se miseram clama
ret. que ideo plures peperisset ut se
pius orbata lugeret. repeteret pre
labores. et illa decem mensibus mater
na fastidia tot enixa mortis. tot
pericula sepe repetita. lactis alimo
nia et paruulorum cibum. portam diu
sui corporis partem. baiolos manus dul
cesque susurros. informati sepius
uerba. curas. uigilias. timorem. et
nominibus eciam prosperis animum semper
futura metuenti flens diceret. Non
ego filios meos a uia blandi com
plectar. paulo antea nimium gregis
mater. nunc agens celerem uitam si quod
mihi hodie a quo sepeliar non habeo.
Hec omnia mater alti dei ancilla
non habuit. sed adamantino quodam
sensu rigidior cantibus stetit. Filiis
nec in pena nec in morte defuit. ut
incurrerent compulit. nec doluit amisisse.
Nam comprehensa cum paruulis suis ele
azari penam aspiciens hebrea ling
ua ut essent docturi semel exhorta
batur dicens. O fortissimi pueri ad
dulce certamen conuenimus. in quo et gen
ti nostre parem gloriam. et nos a deo
merita consequimur. Ad penam sponte pro
peremus. nec formidemus ea iuuenes
que corpus senile suscepit. Satisque in
hac fragilitate durauimus. ad subli
miora properemus. Pater noster abraham
uenerabili sermone memorandus